

Ὀγδοο μάθημα

amor	amabar	amabor	amatus	sum	amatus	eram	amatus	ero
amaris	amabaris (-re)	amaberis (-re)	-a, -um	es	-a, -um	eras	-a, -um	eris
amatur	amabatur	amabitur		est		erat		erit
amamur	amabamur	amabimur	amati,	sumus	amati,	eramus	amati	erimus
amamini	amabamini	amabimini	-ae, -a	estis	-ae, -a	eratis	-ae, -a	eritis
amantur	amabantur	amabuntur		sunt		erant		erunt
moneor	monebar	monebor	monitus	sum	monitus	eram	monitus	ero
moneris	monebaris (-re)	moneberis (-re)	-a, -um	es	-a, -um	eras	-a, -um	eris
monetur	monebatur	monebitur		est		erat		erit
monemur	monebamur	monebimur	moniti	sumus	moniti	eramus	moniti	erimus
monemini	monebamini	monebimini	-ae, -a	estis	-ae, -a	eratis	-ae, -a	eritis
monentur	monebantur	monebuntur		sunt		eratis		erunt

amo, amavi, amatum, amare
lego, legi, lectum, legere

habeo, habui, habitum, habere
audio, audivi, auditum, audire

Galli legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium
... incredibile auditu

- 1) Utilitas legendi
- 2) Potestas vivendi
- 3) Tempus est legendi.
- 4) Soli boni idonei sunt aliis imperando.
- 5) Imperator milites ad pugnandum hortabatur.
- 6) Exercendo memoriam augemus.
- 7) Multi de vivendo scripserunt.

Beatus qui intelligit quid sit amare Jesum, et contemnere se ipsum propter Jesum. Oportet dilectum pro dilecto relinquere, quia Jesus vult solus super omnia amari. Dilectio creaturae fallax et instabilis, dilectio Jesu fidelis et perseverabilis. Qui adhaeret creaturae, cadet cum labili, qui amplectitur Jesum, firmabitur in aevum. Illum dilige et amicum tene tibi, qui omnibus recendentibus, te non relinquet, nec patietur in fine perire. Ab omnibus oportet et aliquando separari, sive velis, sive nolis. Teneas te apud Jesum vivens et moriens, et illius fidelitati te committe, qui omnibus deficientibus, solus te potest adjuvare.